Quereris te incidiſſe in hominē ingratū.ſi hoc nūc primū age aut fortune aut diligentie tue gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia poteſt. niſi te malignū. Nā ſi hoc periculū vitare volueris nō dabis beneficia. Ita ne apud alium pereant.apud te peribunt.non reſpondeant pocius ꝙ non dentur et poſt malam ſegetē ſerendū eſt. Sepe quicq̇d perierat aſſidua infelicis ſoli ſterilitate vnius anni reſtituit vbertas. Eſt tanti vt gratū inuenias experiri et ingratos. Nemo habet tam certā in beneficijs manum vt non ſepe fallatur.aberrent vt aliqñ hereant. Poſt naufragium maria tentantur. Feneratorē non fugat a foro coactor. Cito inerti ocio vita torpebit ſi relinquendū eſt quicq̇d offendit. Te ꝓ benigniorē hec res faciet. Nam cuius rei euentus incertus eſt.id vt aliqñ procedat ſepe tentandum eſt. Sed de iſto ſatis.multa in his libris locuti ſumus qui de beneficijs inſcribuntur.illud magis querendum videtur.an illud quod profuit nobis ſi poſtea nocuit paria fecerit et nos debito ſoluerit. Adijce ſi vis et illud multo plus poſtea nocuit ꝙ ante profuerat. Querendum eſt ꝙ libenter profuerit ꝙ inuitus nocuerit. qm̄ animo beneficia et iniurie conſtant. Nolui beneficium dare. Victus ſum aut verecundia.aut inſtantis ꝑtinatia. aut ſpe. Eo animo quicꝙ debetur quo datur.nec quantum ſit ſed a quali profectum voluntate ꝑpenditur. Vir bonus vtroſꝗ oculos ſic ponit vt ſe ipſe circūſcribat beneficio adijcit.iniurie demit.alter ille remiſſior iudex(quem eſſe me malo)iniurie obluiſci debebit. officij meminiſſe. Hoc certe iuſticie conuenit.ſuam cuiꝗ reddere beneficio gratiam.iniurie talionem aut certe malam gratiam. Verum erit illud cum alius iniuriam fecerit.alius beneficium dederit. nam ſi idem eſt beneficio vis iniurie extinguitur. Poſt beneficia ledenti plus ꝙ venia debetur. Non pono vtriꝗ par precium. pluris exiſtimo beneficium ꝙ iniuriam. Non omnes grati ſciunt beneficium debere. Po

teſt etiam imprudens ac rudis et vnus de turba. vtiq dum ꝓpe ſibi eſt. reddere benefi
cium et penſare ab accepto. ignorat autem quantum pro re debeat. Uni ſapienti no-
tum eſt quanti queq res taxanda ſit. Sapiens em̄ omnia examinabit. ſecum quan
tum acceperit. a quo. quando. vbi. queadmodum. Itaq quenq negamus ſcire grati
am referre niſi ſapientem. nō magis q̄ bn̄ficium dare quiſq̄ ſcit niſi ſapiens. hic ſcȝ qui
magis dato gaudet q̄ alius accepto. An tibi videt̃ fidē habere q̄ referre gratiā neſcit.
plurimū aūt momenti pſona ſolet afferre in rebus eiuſmodi. Dediſti mihi beneficiū in
ſeruo. iniuriā feciſti in patre. ſeruaſti mihi filiū. ſed abſtuliſti patrē. Alia deinceps per
que ꝓcedit oīs ꝯſolatio ꝓſequet̃ et ſi puſillū erit qđ interſit. diſſimulabit etiā ſi multum
fuerit. ſȝ ſi id donari ſalua pietate hac fide poterit. remittet id eſt ſi ad ipm̄ tota ꝑtinebit
iniuria. Sūma rei hec eſt facilis erit in cōmutādo. Paciet̃ plus imputare ſibi inuitus.
beneficiū ꝑ cōpenſationē iniurie ſoluet. Errat ſi q̄s accipit beneficiū libēcius q̄ reddit.
Quanto hilarior eſt qui ſoluit q̄ qui mutuat tanto debet lecior eſſe qui ſe maximo ere
alieno accepti beneficij exonerat q̄ qui maxime obligat̃. Beneficia creſcūt mora. tātoq
plus ſoluendū eſt quāto tardius. Ingratus ē qui beneficiū reddit ſine vſura. Omnia
facienda ſtȝ vt q̄ gratiſſimi ſimus. noſtrum em̄ hoc bonū eſt. Non nemo cum alteri ꝓ
deſt ſibi profuit. Bonum exemplum circuitu ad facientem reuertit̃. ſicut mala exempla
recidunt in auctores. Gratus ſum non vt alius mihi libencius preſtet priori irritatus
exemplo. ſed vt rem iucundiſſimam ac pulcerrimā faciā. Gratus ſum non quia expe
dit ſȝ quia iuuat. Nā ſi malicia miſeros facit virtus beatos. Gratum autem eē virtus
eſt. Rē vſitatam reddidiſti. ineſtimabilem conſecutus es conſcientiam grati que niſi
in animum diuinum fortunatumq nō peruenit. Ingratum autem ſumma infelicitas
vrget. Nemo ſibi gratus eſt. miſer erit. Nō differo illum. ſtatim miſer eſt. Itaq ingrati
eſſe vitemus non aliena cauſa ſed noſtra. Minimū ex nequitia leuiſſimumq alios
redundat. quod peſſimū ex illa eſt et (vt ita dicam) ſpiſſiſſimū domi remanet et premit
habentē. Queadmodū Attalus nr̄ dicere ſolebat. malicia ꝑtem maximā veneni ſui
bibit. illud autē venenū qđ ſerpentes in alienam ꝑniciē ꝓferunt ſine ſua ꝯtinent. nō eſt

huic ſimuie hoc habentibus peſſimum eſt. Torquet ingratus ſe et macerat odit que accepit. q̃ redditurus ēēt extenuat. iniurias vero dilatat et auget. Quid āt eo miſerius cui bñficia excidūt. herent iniurie. at cōtra ſapientia exornat oē bñficiū. Malis vna voluptas ē et hec breuis dū accipiūt bñficia. ex q̃bus ſapiēti longū gaudiū manet ac ꝑenne. Non eñ illud accipere ſꝫ accepiſſe delectat qd immortale eſt et aſſiduū. Nemo aūt gratus eſſe poteſt niſi ꝯtempſerit iſta ꝓpter que vulgus inſanit. Si referre vis gratiā. et in exiliū eundū eſt. et effundendus ſanguis. et ſuſcipienda egeſtas. Non paruo ſibi ꝯſtat homo gratus. Nihil charius eſtimamus q̃ bñficiū qd diu petimus. nihil vilius cū accepimus. Queris q̃d ſit qd obliuionē nobis acceptoꝝ facit. Cupiditas accipiendoꝝ. Cogitamus non quid impetratū. ſed quid impetrandū ſit. Abſtrahunt a recto diuicie. honores. potentia. et cetera que opinione noſtra chara ſtꝫ. precio ſuo vilia. Nō quia concupiſcēda ſtꝫ laudant᷑. ſed ꝯcupiſcuntur quia laudanda ſtꝫ. Sed quēadmodū illa credimus ſic et hoc fide illa credamus nihil eſſe grato animo honeſtius. omnes hoc vrbes. omnes etiam ex barbaricis regionibus gentes conclamabunt. Uale)

## De fortitudine maxima et conſtantia cōtra mortem. Epiſtola octuageſima tertia.

PEſij de te iam eſſe ſolicitus. Quem inquis deorum ſponſorem accepiſti. Eum ſcilicet qui neminem fallit. animi recti ac boni amatorem. In tuto pars tui melior ē. poteſt fortuna tibi iniuriam facere. Quod ad rem magis pertinet. non timeo ne tu facias tibi idem. Qua ire cepiſti vade. et in iſto te vite habitu ꝯpone placide non molliter. Malo mihi eſſe male q̃ mollit᷑. Ociū ſine litteris mors eſt et hominis viui ſepultura. Phia circundāda eſt inexpugnabilis murus que in fortuna multis machinis laceſſitum non tranſit. Inſuperabili loco ſtat animus qui externa deſeruit et arce ſua vendicat. infra illum omne telum cadit. Non habet (vt putamus) fortuna longas manus. Neminem occupat niſi herentem ſibi. Itaq̃ quantū poſſumus ab illa reſiliamus. qd ſola p̄ſtabit ſui natureq̃ ꝯdicio. Sciat quo iturus ſit. Unde ortus. qd illi bonū. qd malū ſit. q̃d petat. q̃d deuitet. que ſit ratio

illa que a ꝓpetenda aut fugienda diſcernat. Firmū aīm faciet aſſidua meditatio. ſi non verba exercueris ſed animum. ſi contra mortem te preparaueris. Zenon noſter hac collectione vtit̄ nullū malū glorioſum eſt. Mors aūt glorioſa eſt. Mors ergo non eſt malū. Idem inq̄t. nihil indifferens glorioſum eſt. Mors aūt glorioſa eſt. Ergo mors nō eſt indifferēs. Mors aūt nō eſt glorioſa ſed fortiter mori glorioſum ē. Laudat̄ eñ paup̄ voluntarius non pauptas. ſed que ipſa nō ſubmittit. nec incuruat. laudatur non exiliū. ſed qui hoc non doluit q̄uis iniſſet. laudat̄ non dolor. ſed ille quē nihil coegit dolor. Nemo mortē laudat. ſʒ eū cuius mors ante abſtulit aīm q̄ ꝯturbauit. Oīa iſta non ſꝫ honeſta nec glorioſa. ſed quicquid ex illis virtus adijt tractauitqꝫ honeſtū ac glorioſū facit. Adijce nūc ꝙ nihil fit honeſte niſi cui totus anim⁹ incubuit atqꝫ affuit. cui nulla p̄te ſui repugnauit. virtus eñ ꝯcordi aīo decreta pagit nō timet qđ facit. Que mortaliū circūſcripſiones veſtre forciorē facere pūt. frangūt aīm qui minus nūq̄ cōtra hendus eſt et inmunita ac ſpecioſa cogendus q̄ cū aliq̄d grand' exponit. non tricentis ſed omnibus mortalbus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces malum nō eſſe. Quomō opiniones tocius eui euinces. Quod auxilium inuenies. Quid dices imbecillitati humane. Quid dices ꝙ inflammati in media p̄icula irruāt. Verba mihi capcioſa cōponis et interrogaciunculas nectis. magnis telis magna portēta feriunt̄. Acuta ſꝫ iſta. Nihil ē acucius ariſta. Quedā inutilia et inefficacia ipa ſubtilitas reddit pro veritate ergo ſimplicius agendum eſt. contra metum forcius. Uale)

## Tanquā in cōſpectu dei viuendum eſt ꝯſumendo diē vtiliter et p̄cipue cauenda eſt ebrietas. Epiſtola octuageſima quarta.

Singulos dies tibi meos et quidem totos indicari iubes. Bene de me iudicas ſi nihil in illis eſſe putas qđ abſcondā. Sic certe viuēdū eſt tanq̄ in cōſpectu viuamus. ſic cogitandū tanq̄ aliquis in pectus intimū proſpicere poſſit. et poteſt. Quid eñ prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretum Nihil deo clauſū eſt. inteteſt animis nr̄is et cogitationibus medijs interuenit. faciā ergo qđ iubes. et q̄d agam et quo ordine libenter tibi ſcribam. Obſeruabo me protinus. et (quod eſt vtiliſſimum) diem meum recognoſcam. Hoc nos peſſimos facit ꝙ nemo

vitam ſuam reſpicit. Quid facturi ſimus cogitamus et id raro. quid fecerimus non
cogitamus. Atqui conſilium futuri ex preterito venit. Hodiernus dies ſolidus eſt:
totus inter ſtratū lectionēq; diuiſus eſt. minimū exercitationi corꝑis dat. nō multum
mihi ad balneū ſuꝑ eſt. Panis ſictus. et ſine menſa prandiū. poſt qđ non ſt; lauande
manus. dormio minimū. Conſuetudinē meā noſti. breuiſſimo ſomno vtor. ſatis eſt
mihi vigilare deſijſſe. aliqñ dormiſſe me ſcio. aliqñ ſuſpiro. Ecce circenſium obſtrepit
clamor ſubita aliq̃ et immenſa voce feriunt aures mee nec cogitationes meas excuciūt.
fremitū pacienter fero. Vult nos ab ebrietate deterrere Zenon vir maximus. Audi
ergo queādmodū colligat bonū virū non futurū ebriū. Ebrio ſecretū ſermonē nemo
cōmittit. viro āt bono ꝯmittit. ergo vir bonus ebrius non erit. Similiter dormienti
nemo ſecretū ſermonē ꝯmittit. viro autem bono ꝯmittit. ergo vir bonus non dormit.
Inſtruēda eſt āt vita exemplis illuſtribus nec ſꝑ ꝯfugiamus ad vetera. Caſſius tota
vita aquā bibit. Non eſt animus in ſua poteſtate ebrietate deuictus. Queādmodum
muſto dolia rūpunt. et omne qđ in imo iacet in ſummā ꝑtem vis caloris eiectat. Sic
vino exeſtuāte quicq̇d in imo iacet abditū. effertur ⁊ ꝓdit in mediū. onerati mero quem
admodū non ꝯtinēt cibū ita ne ſecretū quidē. qđ ſuum alienumq; eſt pariter effundūt.
Quāto ſacius ē apte accuſare ebrietatē et vicia eius exponere. ꝑfecto et ſapienti ſatis ē
ſitim extinguere. Qm̄ multa ebrij faciunt q̇bus ſobrij erubeſcūt. Nihil aliud ebrietas ē
q̃ voluntaria inſania. Refert Alexandri macedonis exemplū qui Clitum chariſſimū
ſibi ac fideliſſimum inter epulas tranſfodit et intellecto facinore mori voluit. Certe
diruit omne vicium ebrietas ⁊ intendit et detegit. vbi poſſederit animum nimia vis vi
ni. quicquid mali latebat emergit. Non facit ebrietas vicia ſed ꝓtrahit. tunc libidino
ſus ne cubiculum quidem expectat. tunc impudicus morbum profitetur ac publicat.
tunc petulans non linguam non manum continet. Creſcit inſolenti ſuperbia. cru=
delitas ſeuo. malignitas liuido. omne vicium traxatur et prodit. Adijce illum igno=
rantem ſui. Dubia et parum explanata verba. incertos oculos. gradum errantem.
vertiginem capitis. tecta ipſa mobilia. ſtomachi tormenta cum efferueſcit merum ac
viſcera ipſa diſtendit. et que ebrietas fuit crudelitas facta eſt. Cogita quas clades.

edidit ebrietas .hec acerrimas gentes bellicoſaſq; hoſtibus tradidit Alexandrum(cuius mō feci mentionē)tot itinera.tot prelia.tot hyemes quas tranſierat.tot flumina ex ignoto cadētia.tot maria tutum demiſerunt.intꝑantia bibēdi ac fatalis Siphus cōdidit.Que gloria eſt capere multū cū ſupſtes tocius ꝯuiuij fueris.et nemo vini tam capax fuit.vincerꝫ a dolio.Fere vinolentiā crudelitas ſequit̃.Violat̃ em̄ exaſperaturq; ſanitas mentis.Queādmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi et ad nimiam ſolis radij offenſionē.Ita ebrietates ꝯtinue efferāt animos vicia vino ꝯcepta etiā ſine illo valent.Vale)

## Quid proficit ſtudiū et de modo colligendi. Epiſtola octuageſima quinta.

Itinera iſta(q̄ mihi ſegniciē excuciūt)et valitudini mee ꝓdeſſe iudico ⁊ ſtudijs: alit em̄ lectio ingeniū et ſtudio fatigatū.non ſine ſtudio tñ reficit.nec ſcribere tm̄.nec legere tm̄ debemus.Altera res cōtriſtabit.et vires exhauriret.altera ſoluet ac diluet.Inuicem hoc et illo cōmutandū eſt et alterū altero tꝑandū.Apes em̄ debemus imitari.que vagant̃ et flores ad mel faciendū idoneos carpūt.deinde q̄cquid attulere diſponūt ac ꝑ fauos digert̃.Et(vt Virgilius nr̃ ait)liquētia mella ſtipāt.et dulci diſtēdūt nectare cellas.has debemus imitari.et quecūq; ex diuerſa lectōe collegim⁹ ſeꝑare.Melius em̄ diſtincta ſeruant̃.deinde ad hibita ingenij noſtri aura et facultate in vnū ſaporē varia illa libamenta ꝯfundere.et vbi etiā ſi apparuerit vnde ſumptū ſit aliud tñ eſſe quā vñ ſumptū eſt appareat.Qđ in corꝑe noſtro videmus ſine vlla oꝑa noſtra facere naturā.Alimenta que accepimus q̄ diu ſua qualitate ꝑdurant in ſtomacho onera ſtꝫ.Atqui cum eo qđ erant mutata ſtꝫ tunc demū in vires et ſanguinē tranſeunt.Idē in his quibus alunt̃ ingenia preſtemus. vt quicunq; hauſimus non paciamur integra eſſe nec extranea ſint ſed concoquamus illa alioquin in memoriā ibunt nō in ingeniū.Hoc faciat animus noſter.omnia quibus adiutus eſt abſcondat .ipſum tm̄ oſtendat qđ effecit.Non vides q̄ multoꝝ vocibus chorus conſtet vnus tamen ex omnibus ſonus redditur aliqua illic acuta eſt.aliqua grauis.aliqua media.Talem animum eſſe noſtrum volo.multe in illo artes.multa pecepta ſunt.multarum etatum exempla.

ſed in vnum conſpirata. Sed quõ inq̃s hoc effici poterit. Aſſidua intentione. ſi nihil egerimus niſi ratione ceſſerimus ſuadenti. Uale)

# De vita perfecta. Epiſtola octuageſima ſexta.

PEpercerã tibi et q̃cquid nodoſi adhuc ſuperat preteriergã. ꝯtentus quaſi guſtũ tibi dare eoꝝ que a noſtris dicunt̃ vt ꝓbetur virtus ad explendã beatã vitã ſola ſatꝫ efficax. Qui prudens ẽ tempãs eſt. q̃ tpãs ẽ ꝯſtans eſt. qui ꝯſtans imꝑturbatus ẽ. q̃ imꝑturbatus ẽ ſine triſticia ẽ. q̃ ſine triſticia eſt beatus eſt. ergo prudẽs beatus eſt. et prudẽtia ad beatã vitã ſatis eſt. Nõ diminutionẽ in bono viro intelligo ſꝫ euacuationẽ. Nulla debẽt eſſe ꝑua. nã ſi vlla ſitꝫ creſcẽt et interĩ impediẽt Quo modo oculos maior ſuffuſio excecat. minor turbat. Si das aliquos affectus ſapienti impar erit illis ratio et velut torrente quodã afferetur preſertim cũ illi non vnũ ſꝫ vniuerſum affectuũ cetum relinquis cum quo colluctetur. Sed omnis plus poteſt q̃uis mediocriũ turba q̃ꝫ poſſꝫ vnius magni violẽtia. Melius cũ illo agerer̃ qui vnicũ viciũ integrũ haberet. q̃ꝫ cũ eo qui leuiora quidẽ ſed oĩa. queadmodũ rationi nullum brutũ obtꝑat. ſic nõ ſequnt̃ affectus quãtulicũq̃ꝫ ſint. Tigres Leoneſq̃ꝫ nũq̃ꝫ feritatẽ ſuã exuũt. aliquãdo ſubmittũt. ſic nũq̃ꝫ bona fide vicia manſueſcũt. Si inuita ratione ceperint. inuita ꝑſeuerabunt. Facilius em̃ eſt inicia illoꝝ ꝓhibere. q̃ꝫ impetũ regere. Nunq̃ꝫ ꝑniciosa ſeruãt modũ. q̃uis leuia inicia morboꝝ ſerpũt. et egra corꝑa minima interdũ mergit acceſſio. Quõ ad finiendũ ſatis valeo ad qꝺ ꝓhibendũ parũ valui. cum facilius ſit excludere q̃ꝫ admiſſa cõprimere. Beata vita in ſe bonũ habet perfectum inexuꝑabile. btã em̃ vita diuina eſt. nihil habet in qꝺ amplius poſſit attolli. Preterea ſi beata vita nullius eſt indigẽs. oĩs vita beata ꝑfecta eſt. eadẽq̃ꝫ eſt et beata et beatiſſima. nunq̃d dubitas quin beata vita ſummũ bonũ ſit. Ergo ſi ſummũ bonũ habet. ſumme beata eſt. Queadmodũ ſummũ bonũ adiectionẽ non recipit ita nec btã vita. Si em̃ aliq̃s eſt minus beatus q̃ꝫ alius. ſequit̃ vt hic alterius vitã beatioris magis ꝯcupiſcat. q̃ꝫ ſuã. Beatus autem nihil ſue prefert vtrumlibet ex his incredibile eſt. aut aliquid beato reſtare qꝺ eſſet q̃ꝫ qꝺ eſt malit. aut illũ non malle qꝺ illo melius eſt. Quid aũt in

Biblioteka Uniwersytecka Poznań

beata vita eximium.ꝙ plena eſt.finis(vt puto)bibendi edendiqꝫ ſacietas eſt.hic plus edit.ille minus.Quid refert.vterqꝫ iã ſatur eſt.hic plus bibit.ille minus.Quid refert. vterqꝫ non ſitit.Hic pluribus annis vixit.hic paucioribus.Nihil inter eſt ſi tã illum multi anni beatũ fecerunt.ꝗ̃ hũc pauci.Ille quẽ tu minus beatum vocas non eſt beatus.non poteſt nomẽ minui.Qui fortis eſt ſine timore eſt.qui ſine timore eſt.ſine triſticia eſt.qui ſine triſticia eſt beatus eſt.Fortem caucio decet.non timor.dolet vero.nam ſenſum hominis nulla exuit virtus.ſed nõ timet.inuictus ex alto dolores ſuos ſpectat. Quod malum eſt nocet.quod nocet deteriorem facit.dolor ꝛ pauꝑtas detiriorem nõ faciunt.ergo mala nõ ſunt.Iudico nec artẽ gubernatoris deteriorem vlla tempeſtate fieri nec ipſam adminiſtrationẽ artis.Gubernator tibi felicitatẽ non ꝓmiſit.ſed vtilem opam ꝛ nauis regẽde ſcientiã.Tẽpeſtas nõ opus gubernatoris impedit.ſꝫ ſucceſſum. ideo nõ nocet ei tãꝗ̃ gubernatori ſꝫ tanꝗ̃ nauiganti.Duas ꝑſonas habet gubernator alteram cõem cum omnibus qui eandem nauẽ conſcenderũt.qua ipſe vector eſt.alterã ꝓpriam qua gubernator eſt.Tempeſtas tanꝗ̃ vectori nocet non tanꝗ̃ gubernatori. Sapienti non nocet a pauꝑtate.non ab alijs tempeſtatibus vite.nõ enĩ prohibentur opa eius omnia ſed tñ ad alios ꝑtinentia.Ipſe ſꝑ in actu eſt.ad vtroſqꝫ caſus aptus eſt.bonoꝝ rector eſt.maloꝝ victor.Tu illũ premi putas malis vtitur.Nõ ex ebore tñ Phidias ſciebat facere ſimulachra faciebat ex ere.ſi ad huc viliorem illi materiam obtuliſſes feciſſet q̃le ex illa fieri optimũ poſſet.Sic ſapiens virtutẽ ſi licebit in diuicijs explicabit.ſi minus in paupertate.Si poterit in patria.ſi minus in exilio.Si poterit imꝑator.ſi minus miles.Si poterit integer.ſi minus debilis.quãcunqꝫ fortunã accepit aliq̃d ex illa memorabile efficiet.Certi ſtꝫ domitores ferarũ q̃ ſeuiſſima aialia mitigãt. leonibus manus magiſter inſerit.oſculat̃ tigrim ſuus cuſtos.Elephantem ethiops iubet ſubſidere in genua et ambulare per funem.Sic ſapiens artifex eſt domãdi mala. dolor.egeſtas.ignominia.carcer.exilium vbiqꝫ horrenda.cũ ad hunc peruenere manſueta ſunt.Vale)

# De magnanimitate et parſimonia Scipionis. Epiſtola octuageſima ſeptima.

EN ipſa Scipionis africani villa iacens hec tibi ſcribo. Adoratꝫ manibus eius. ⁊ ara quã ſepulcrũ tãti viri ſuſpicor. aĩam q̃dem eius in celũ ex quo erat rediiſſe pſuadeo mihi. non qꝛ magnos exercitus duxit hos em̃ et Cambiſes furioſus habuit. ſed ob egregiã moderationẽ pietatẽqꝫ quã magis in illo ad mirabilem iudico cum reliquit patriam q̃ꝫ cum defendit. Quid ni admirer hanc magnitutinẽ animi qua in exiliũ voluntariũ receſſit et ciuitatẽ exonerauit. Eo pducta res erat vt aut libertas Scipioni aut Scipio libertati faceret iniuriã. neutrũ fas erat Vidi villam ſtructam lapide quadrato. murum circumdatum ſilue. turres quoqꝫ in ꝓpugnaculũ ville vtrimqꝫ ſurrectas. Ciſternã edificijs ac viribus ſubditã. balneolũ anguſtũ tenebroſum ex ꝯſuetudine antiqua. Magna ẽ voluptas me ſubijt cõtemplãtẽ mores Scipionis i hoc angulo. ille Cartaginis horror cui Roma debet. qꝛ tm̃ ſemel capta eſt. Abluebat corpus ruſticis laboribus feſſum. exercebat em̃ ope ſe terrãqꝫ (vt mos fuit priſcis) ipe ſubigebat. At nũc quis ẽ qui ſic lauari ſuſtineat. Paup ſibi videẽ ac ſordidus niſi parietes magnis ac p̃cioſis orbibus refulſerint. In hoc balneo Scipionis minime ſtꝫ rime magis q̃ꝫ feneſtre. muro lapideo excete vt ſine inuiria munimẽti lumẽ admitterent. At nũc blactaria vocãt balnea ſi qua non ita aptata ſtꝫ. vt tocius diei ſolem feneſtris ampliſſimis recipiãt niſi et lauanẽ ſimul et colorautur. niſi ex ſollo agros ac maria pſpiciunt. At olim et pauca erãt balnea. nec vllo cultu exornata. Cur em̃ exornaretur res quadratoria et in vſum non in oblectamentũ repta. nũc autem inventa eſt non ſalubris tpatura ſꝫ ſimilis incendio. nihil tñ iam videẽ intereſſe algeat balneum an caleat. Aiunt autẽ qui priſcos mores vrbis tradiderũt. brachia ac crura quotidie abluebant que ſordes opere collegerant. Ceterum toti nũdinis lauari. nunc poſtq̃ꝫ multa balnea inuenta ſunt. ſpurciciores ſunt. Vale)

## De verecundia que ex paupere ſuppel lectile. Epiſtola octuageſima octaua.

NAufragium anteq̃ꝫ nauim aſcenderem feci. qũo acciderit cum volueris. a ꝓprobabo immo etiã ſi nolueris. Interim hoc me iter docuit q̃ꝫ multa haberemus ſupuacua et q̃ꝫ facili iudicio poſſemus deponere ſeu cõtemne

re.q̄ ſi q̄n̄ neceſſitas abſtulit nō ſentimus ablata. Culcitra in terra iacet. ego in culcitra. ex duabus penulis altera ſtragulū altera optoriū facta ē. De prandio nihil detrahi potuit. paratū fuit nō magna hora. nūq̄ʒ ſine carici. nuſq̄ʒ ſine pugillarib⁹. Ille ſi panē habeo ꝑ pulmētario ſtʒ. ſi nō ꝑ pane. Quotidie mihi aīm nouū faciūt quē ego fauſtū et felicē reddo bonis cogitationibus et animi magnitudine q̄ nūq̄ʒ maior ē q̄m̄ vbi aliena ſepoſuit. ⁊ fecit ſibi pacē nihil timendo. fecit ſibi diuicias nihil cōcupiſcendo. Uehiculū in quo poſitus ſum ruſticum ē. Mule viuere ſe ambulando teſtanť. Mulio excalciať non ꝓpter eſtatem. vix a me obtineo vt hoc vehiculū nolim videri meū. Qui ſordido vehiculo erubeſcit precioſo gloriabiť. Parū ad huc profeci nondum adeo frugalitatē palam ferre. et nunc curo opiniones viatoꝝ. cōtra tocius generis humani opiniones mittenda erat vox. Inſanitis. erratis. ſtupetis ad ſuꝑuacua. neminem eſtimatis ſuo. cum ad patrimoniū ventū eſt diligentiſſimi cōputatores. Sic rationem ponitis ſingulorꝝ. quibus aut pecuniam credituri eſtis aut beneficia. Nam hec quoq̄ʒ iam expēſa fortis late poſſidet. ſed multum debet. habet domum formoſam ſed alienis patam. familiam nemo cito ſpecioſiorem ꝓducit ſed nominibus non reſpondet. Si creditori ſoluerit nihil illi ſuperit. diuitem illū putas quia aurea ſupellex. etiam in via cū ſequeť. quia in omnibus prouincijs arat. quia magnus kalendarij liber voluitur. Cū omnia dixeris paup eſt. Quare. quia debet. quantum inquis. omnia. niſi forte iudices intereſſe vtrum aliquis ab homine an a fortuna mutuum ſumpſerit. Quid ad rem ptinent mule. pertinent ſignate vnius oīs coloris. Quid iſta vehicula celata intraſti alipides pictiſq̄ʒ tapetis demiſſa monilia collo. pendent. Iſta nec dn̄m meliorem poſſunt facere nec mulā. Marcus Catho (quē tam neceſſariū Reipub. fuit naſci q̄ʒ Scipionē. alter em̄ cū hoſtibus noſtris bellū. alter cū moribus geſſit) cauterio vehebať. Dipoperꝫ quidem impoſitis vt ſecū vtilia portaret. O quantum erat ſeculi decus Imꝑatorem triumphalem cenſorium. et (quod ſuper hec omnia eſt) Cathonem vno caballo eſſe cōtentum. et ne toto quidem. ꝑtem em̄ ſarcine ab vtroq̄ʒ latere dependentes occupabāt. Nunc volo pauciſſimas ad huc interrogationes noſtrorum tibi reddere ad virtutem ꝑtinentes. Quod bonum eſt bonos facit. nam et in arte muſica qd̄ bonum eſt bonum

facit muſicum.fortuita bonū non faciunt.ergo non ſtꝫ bona.Item qđ contemptiſſimo cuiqꝫ cōtingere ac turpiſſimo pt bonū non eſt.opes aūt et lenoni et laniſte cōtingunt. ergo nō ſtꝫ bona.virtus extollit hoīem et ſup chara mortalibus collocat.Nec ea que bona.nec ea que mala vocanť aut cupit nimis aut expaueſcit.Celidon vnus ex Cleo patre nobilibus patrimoniū grande poſſedit vtrum illū pecunia impurū fecit.an ipſe pecuniā in ſpurcauit.que ſic in quoſdā homines quo modo denarius in cloacā cadit. Uirtus ſuper iſta conſiſtit.ſuo ere cenſeť.nihil ex iſtis quomodolibet incurrentibus bonum iudicat.Medicina et gubernatio non interdicit ſibi ac ſuis admirationem taliū rerū.Qui non eſt vir bonus.poteſt nihilominus medicus eſſe.poteſt gubernator.poteſt grammaticus tam me hercule eſſe ꝙ̄ cocus.Qualia quiſqꝫ habet.talis eſt. Fiſcus tāti ē quantū hꝫ.immo in acceſſionē eius venit qđ hꝫ.Quare ergo ſapiēs magnus eſt.qꝛ magnū animū hꝫ.Queris q̄ res ſanitatē faciat.que deū.des oportꝫ illi diuinū aliq̄d.celeſte.magnificū Nō in oēs bonū cadit.nec quēlibet poſſeſſorē patiť.Uide ꝛ q̄d queqꝫ ferat regio et q̄d queqꝫ recuſet.hic ſegetes.illic veniunt felicius vue.Arborei fetus alibi atqꝫ iniuſſa vireſcūt.Gramina nōne vides croceos tinolus odores.India mittit ebur molles ſua thura ſabei.At calibes nudi ferrū.Iſta in regiones deſcripta ſtꝫ.vt neceſſarium mortalibus eſſet inter ipſos cōmercium.ſi inuicem alius aliq̄d ab altero peteret.Sed ſummū illud bonum habet ſuā ſedem.non naſciť vbi ebur.nec vbi ferrū.Quis ſummi boni locus ſit queris.Animus.hic niſi purus ac ſanctus ē deū nō capit.Bonū ex malo.nō fit.Diuicie fiūt ex malo.fiunt aūt ex auaritia.diuicie ergo nō ſunt bone.Itaqꝫ malū eſt ſacrilegiū.et furtū.multi tamen furto nō erubeſcūt.ꝙ̄ multi adulterio glorianť.nam ſacrilegia minuta puniunť.magna in triumphis ferunť.Non naſciť itaqꝫ ex bono malū.nō magis ꝙ̄ ficus ex olea.Ad ſemē nata reſpondent.Bona degenerare non pñt.Queadmodū ex turpi boneſtū non naſcitur.ita nec ex malo quidem bonū.Nam idē eſt boneſtū ꝛ bonum.Poſſidonius(vt ego exiſtimo)melius ait diuicias eſſe cauſam maloꝝ.non quia ipſe faciunt aliq̄d.ſed qꝛ facturos irritant.Alia eñ eſt cauſa efficiens.alia pcedens hāc.pcedentem diuicie habent.inflant animos.ſupbiam pariunt.inuidiam contrahunt.Bona aūt omnia carere culpa decet.Pura ſunt

non corrũpunt animos nõ ſolicitãt.extollũt quidẽ et dilatãt. Sed ſine timore q̃ bona
ſtꝫ fiduciã faciunt. diuicie audaciã et inſolentiã. nihil aũt aliud eſt inſolentia ꝙ̃ ſpecies
magnitudinis falſe. Virtus quoqꝫ precedentẽ habet cauſam ad inuidiã. multis eñi
ꝓpter ſapientiã: multis ꝓpter iuſticiã inuidetur. Alia eſt etiã cõmodoꝝ condicio. alia
bonoꝝ. Cõmodum eſt qđ plus vſus habet ꝙ̃ moleſtie. Bonũ ſincerũ eſſe debet et ab
oĩ pte in noxiũ. Non eſt id bonũ qđ plus ꝓdeſt ſed qđ tm̃ prodeſt. His interrogationi
bus ſuaſuri ac diſſuaſuri ſumus his effecturi vt ꝓ plus romanus paupꝫtatẽ. fundamen-
tum et cauſam imperij ſui requirat ac laudet. diuicias aũt ſuas timeat. Si poſſumus
forcius loquamur. ſi minus apercius. Vale)

# De ſtudijs liberalibus Epiſtola octua-
gesima nona.

DE ſtudijs liberalibus quid ſenciã ſcire deſideras. meritoria artificia ſtꝫ.
hactenus vtilia. ſi preparent ingeniũ. non detineant. Tam diu eñi iſtis
immorandũ eſt ꝙ̃ diu nihil animus agere maius p̃t. Rudimẽta ſtꝫ nrã.
nõ opa. Quare liberalia ſtudia dicta ſtꝫ vides. qꝛ hoĩe libero digna ſtꝫ. Ceterũ vnum
ſtudiũ vere liberale eſt qđ liberũ facit. hoc eſt ſapiẽtie. ſublime. forte. magnanimi. cetera
puſilla et puerilia ſtꝫ. An tu quicꝙ̃ in illis eſſe credis boni quoꝝ ꝓfeſſores turpiſſimos
oĩm ac flagicioſiſſimos cernis. Nõ diſcere debemus illa ſꝫ didiciſſe. Quidã illđ de libe
ralibus ſtudijs querendũ iudicauerũt. an bonũ virum facerent. ſed ne ꝓmittũt quidẽ.
nec huius rei ſcientiam affectãt. Grãmaticus circa curã ſermonis verſatur. et ſi lacius
euagari vult circa hiſtorias aut carmina. q̃d hoꝝ ad virtutẽ viã ſternit. ſillabarũ ener-
ratio aut v̾ſuũ modificatio. Quid his metũ demit. cupiditatẽ eximit. libidinẽ refrenat.
Ad geometriã tranſeamus et ad muſicã. Nihil apud illas inuenies qđ vetet timere.
vetet cupere. q̃ſq̃s hec ignorat alia fruſtra ſcit. Hoc me doce q̃uo patriã amẽ. q̃uo vxorẽ
q̃uo patrẽ. Quid inquirꝫ an Penelope impudica fuerit. aut Vlixẽ illũ eſſe quẽ videbat
añꝙ̃ ſciret ſuſpicata ſit. Doce me q̃d ſit pudicitia. et quantũ in ea bonũ. Ad muſicam
tranſeo. doces q̃uo inter ſe acute et voces graues ꝯſonent. fac pocius ſciã q̃uo animus
meus ſecũ ꝯſonet. ne ꝯſilia mea diſcrepẽt Mõſtras mihi qui ſint modi flebiles. mõſtra

pocius inter aduerſa non emittā flebilē vocē. Metiri me geometria docet lati fundia. pocius ꝙ doceat quō meciar quantū hoī ſatꝫ ſit. Numerare docet me Arithimetica ⁊ auaricie accōmodat digitos pocius ꝙ doceat nihil ad rē ꝑtinere iſtas cōputationes. Quid mihi ꝓdeſt ſcire agellū diuidere in ꝑtes ſi neſcio cū fratre diuidere. Quid ꝓdeſt colligere ſubtiliter pedes iugeri. ſi triſtē me facit vicinus potēs aliq̄d ex meo abradens Doceto quo mō nihil ꝑdam ex finibus meis. At ego diſcere volo quō totos agros hilarꝫ amittā. O egregiā artē. ſcis rotūda metiri. in quadratū redigis quancꝫ accepis formā. interualla ſiderū dicis. nihil eſt qꝺ in menſuram tuam non cadat. Si artifex es metire hoīs aīm dic ꝙ magnus ꝙ puſillus ſit. Scis que recta ſit linea. q̄d tibi ꝓdeſt ſi q̄d in vita rectū ſit ignoras. Uenio nunc ad illum qui celeſtium noticia gloriatur. Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet. Quos ignis celi cillenius erret in orbes. Quid ꝓderit ſcire cū ſaturnus et mars ex cōtrario ſtabunt. aut cū mercurius veſꝑtinū faciet occaſum vidente ſaturno. pocius ꝙ hoc diſcā vbicūcꝫ ſunt iſta. ꝓpicia eſſe nec poſſe mutari ſcias iſta aut neſcias. fient. Si vero ſolem ad rapidum ſtellaſcꝫ ſequētes. Ordine proſpicies nūꝙ te craſtina fallet. Hora. nec inſidijs noctis capiere ſerene. Satis abūdecꝫ ꝓuiſum eſt vt ab inſidijs tutus eſſem. Nunq̄d me craſtina non fallit hora. Fallit enī quod neſtienti euenit. Ego quid futurū ſit neſcio. q̄d fieri poſſit ſcio. Ex hoc nihil deſperabo. totum expecto. malis patus ſum. Quid ergo inquis nihil nobis liberalia ſtudia cōferunt. ad alia multū. ad virtutē nihil. nā et hee viles ex ꝓfeſſo artes que manu ꝑſtant ad inſtrumēta vite plurimū ꝯferunt. tñ ad virtutē non ꝑtinent. Quare ḡ liberalibus ſtudijs filios erudimus. non q2 virtutem dare pn̄t. ſed quia aīm ad accipiendum virtutē preꝑant. vna re ꝯſumat̄ animus. ſcientia bonoꝝ ac maloꝝ immutabili. que ſoli phie ꝯpetit. nihil aūt vlla ars alia de bonis ac malis querit. Singulas habꝫ circuire virtutes. fortitudo ꝯtemptrix timendoꝝ eſt. terribilia deſpicit et frāgit. Fides ſanctiſſimū humani pectoris bonū eſt. nulla neceſſitate ad fallendū cogitur. nullo corrūpitur p̄mio. vre inq̄t. occide. non ꝑdam. Sed quo magis ſecreta queret dolor. hec illa alcius condet. Temꝑantia voluptatibus imꝑat. alias odit atq̃ abigit. alias diſpenſat et ad ſanum modū redigit. Nec vnꝙ ad illas ꝓpter ipſas venit. ſcit optimum eſſe modū cu

pidorum non quãtum velis ſed quantum debeas ſumere. Humanitas vetat ſupbum eſſe aduerſus ſocios vetat auarũ. verbis rebus affectibus cõmunem ſeſe facilẽqꝫ oĩbus pſtat. Nunqd liberalia ſtudia hos mores precipiũt. nõ magis qm̃ ſimplicitatẽ. qm̃ modeſtiã ac moderationẽ. nõ magis qꝫ frugalitatẽ ac pſimoniã. nõ magis qm̃ clementiã. que alieno ſanguini tanqꝫ ſuo pcit. et ſcit hoĩ non eſſe hoĩe pdige vtendum. Magna et ſpecioſa res eſt ſapiẽtia. vacuo illi loco opus eſt. De diuinis humaniſqꝫ ſimul diſcendũ eſt. de preteritis. de futuris. de caducis. de eternis. de tẽpore. de quo vno vide qꝫ multa queruntur primum an ipm ſit aliquid. deinde an aliqd ante tempus ſit. an etiam ante mundũ. Innumerabiles queſtiones ſunt de aĩo. vnde ſit. qualis ſit. qñ eſſe incipiat. qꝫ diu ſit. an aliunde alio tranſeat. et domicilia mutet. ad alias alium formas aliaſqꝫ cõiectus. An non amplius qm̃ ſemel ſeruiat. et emiſſus vagetur in toto vtrum corpus ſit an non. quid ſit facturus. cum p nos aliquid facere deſierit. quomodo libertate ſua vſurus cũ ex hac effugerit cauea. Hec tam multa. tam magna ſupuacua ex aĩo tollẽda ſtꝫ. Non dabit ſe in has anguſtias virtus. Lacius ſpaciũ res magna deſiderat. Expellantur oĩa. totũ pectus illi vacet. At em̃ delectat arciũ noticia multarꝫ. Tantũ itaqꝫ ex illis retineamus quantum neceſſariũ ſit. plus velle ſcire. qꝫ ſatis ſit intempantie genus eſt. Iſta ergo liberaliũ arcium conſectatio quia moleſtos verboſos intempeſtiuos. ſibi placentes facit. Ideo non diſcentes neceſſaria. quia ſupuacua didicerunt. Quatuor milia librorũ Didimus grãmaticus ſcripſit. miſerere ſi tam multa ſupuacua legiſſet. In his libris de patria Homeri querit. In his de Enee matre querit vera. In his libidnioſior Anacreon an ebrioſius vixerit. et alia que erãt dediſcẽda. Sꝫ ad noſtros quoqꝫ cum per veneris oſtendam multa ſecuribus recidenda. Adeo mihi preceptum illud ſalutare excidit. tempori pce. Hec ſciam et ignorẽ. De liberalibus ſtudiis loquor. philoſophi iſti quantũ habent ſupuacui quantum ab vſu recedentis ipi quoqꝫ ad ſillabarum diſtintiones et cõiunctiones. ac pꝓſitionum pꝓprietates deſcenderunt. ſic effectum eſt vt diligentius ſcirent loqui qꝫ viuere. Audi quantum mali faciat nimia ſubtilitas. et qꝫ infeſta ſit virtuti. Pijthagoras ait de omni re in vtramqꝫ ptem diſputari poſſe ex equo et de hac ipſa an omnis res in vtramqꝫ partem diſputalis ſit. Nauſipha

nes ait ex his que videnť eſſe. nihil magis eſſe qm̄ non eſſe. Parmenides ait ex his que videnť nihil eſſe ab vniuerſo. Zenon heleates omnia negocia de negocio deiecit. ait nihil eſſe. Circa eadē fere Phironei verſanť. et Megarici. et Critici. et Achademici qui nouam induxerunt ſcientiam. nihil ſcire. Hec omnia in illum ſuꝑuacuū ſtudiorum liberaliū gregem cōijce. Illi mihi non ꝓfuturam ſcientiam tradūt. hi ſpem omnis ſcie eripiunt. Satius eſt ſuꝑuacua ſcire q̃ nihil. Illi non preferunt lumen ꝑ quod acies dirigatur ad verū. Hij oculos mihi effodiunt. Si Pitagore credo. nihil in rerum natura ē niſi dubiū. Si Nauſiphani hoc vnū certum ē nihil eſſe certi. Si Parmenidi nihil eſt preter vnū. Si Zenoni ne vnum quidem. Quid ergo nos ſumus. Quid iſta que nos circunſtant. alunt. ſuſtinent. Tota rerum natura vmbra eſt. aut inanis. aut fallax. Non facile dixerim vtrum magis iraſcar illis qui nos nihil ſcire voluerunt. an illis qui ne hoc quidem nobis reliquerunt nihil ſcire. Uale)


## Epiſtole Senece vſq3 ad

decimū librum abbreuiate finiunt. Impreſſe Liptzk ꝑ Arnoldū de Colonia Anno ſalutis Milleſimoquadringenteſimononageſimotertio. Sexto Kalendas Julij.

Laus deo.

# Tabula Epiſtolaꝝ Lucij Annei Sene/ce cordubenſis Maximi latinoꝝ Magiſtri et inſtitutoris honeſte vite Ad lucilliũ.


De tempore. Epiſtola prima.
De modo ſtudendi. Epiſtola ij.
De vera amicitia. Epiſtola iij.
De cõtemptu mortis. Epiſtola iiij.
De mediocri habitu in ſtudio. Epiſtola v.
De cõmunicanda ſcientia cum amicis. Epiſtola vi.
De euitanda turba. Epiſtola vij.
De bonis fortune. Epiſtola viij.
Quomodo ſapiens ſe ipſo ſit cõtentus. Epiſtola ix.
De ſolitudine. Epiſtola x.
De naturalibus vicijs ſiue defectibus. Epiſtola xi.
De conſolatione ſenectutis. Epiſtola xij.
Ut ſpes non deficiat .et ſtulticia ſemꝑ incipiat. Epiſtola xiij.
Que terrent homines. Epiſtola xiiij.
Quõ exercitatur corpus et animus. Epiſtola xv.
Quõ ex falſa opinione naſcentia non deſinunt. et quomodo naturalia deſideria finita ſunt. Epiſtola xvi.
De volente prius parare diuicias et poſtea ſapientiam. et ꝙ acquiſitio diuiciarum nõ eſt finis miſerie ſed mutatio. Epiſtola xvij.
De refrennandis voluptatibus. Epiſtola xviij.
De ocio. Epiſtola xix.
Ut facta dictis cõueniant. Epiſtola xx.
De fugiendis altis rebus. Epiſtola xxi.
De officijs publcis euitandis. et morte non timenda. Epiſtola xxij.
De vero gaudio. Epiſtola xxiij.
De conſolatione contra timorem. Epiſtola xxiiij.
Qualiter mouendi ſint amici. et etiam ſenex vt viuant ac ſi videantur. Epiſtola xxv.
De conſolatione ſenectutis et aliaꝝ paſſionum. Epiſtola xxvi.
Qui aliũ monet ſe ipſum monet. Epiſtola xxvij.
Locoꝝ mutatio non tollit vicia. Epiſtola xxviij.
De malis diſcipulis diſciplinam cõtemnentibus. Epiſtola xxix.
De cõtemptu mortis. et maxime in ſenectute. Epiſtola xxx.
De cõtemptu laboris. et quid ſit bonum et quid malum. Epiſtola xxxi.
Cum pueris familiariter eſt viuendum. Epiſtola xxxij.
Plus placet rerum dignitas q̄ verboꝝ flores. Epiſtola xxxiij.
Quõ magiſter letatur ex profectu diſcipuli. Epiſtola xxxiiij.
Exhortatio ad diſcipulum vt proficiat. Epiſtola xxxv.
Felicitas mundana deſpicienda eſt. et mors non timenda. Epiſtola xxxvi.
Omnem dignitatem cõfert philoſophia ſiue ratio recta. Epiſtola xxxvij.
Plus prodeſt familiaris inſtructio q̄ publica. Epiſtola xxxviij.
De appetitu ex celſi ingenij. et de vicijs inueteratis. Epiſtola xxxix.
De celeri pronunctiatione. Epiſtola xxxx.
Omnis ſapientia eſt a deo. ⁊ quid in homine laudabile ſit. Epiſtola xxxxi.
Difficile eſt hominem fieri bonum. Epiſtola xxxxij.
Comparatio facit magna et minima et praua vita querit abſcondi. Epiſtola xxxxiij.
Da vera nobilitate. et errore beatam vitam optantium. Epiſtola xxxxiiij.
De inopia libroꝝ. Epiſtola xxxxv.
Ingenium fecundandum eſt. et mendacium fugiendum. Epiſtola xxxxvi.
De familiaritate ſeruoꝝ. Epiſtola xxxxvij.
Cũ deliberatiõe ſoluant̾ dubia. ⁊ viuendũ ẽ alteri ſicut tibi vis viuere. Ep̄la xxxxviij.

De cōuerſatione circa zophiſmata et de inutilibus ſciencijs cōtemnēdis. Ep̄la xxxix.
Breue eſt tempus noſtrū et ideo erogandum circa vtilia. Epiſtola l.
Inueterata etiam vicia extirpari poſſunt Epiſtola li.
De abijciendis delicijs que locoꝝ amenitate veniunt. Epiſtola lij.
De diuerſitate ingenioꝝ. et ꝙ ſtulticie nihil diu placet. Epiſtola liij.
A vicijs ſurgendum ⁊ ad mentis ſanitatem feſtinandum. Epiſtola liiij.
De infirmitate et morte et ꝙ ſapiens nihil facit inuitus. Epiſtola lv.
De inepto ocio. Epiſtola lvi.
Conſtans ingenium clamoribus non abducitur. Epiſtola lvij.
Quedam affectiones inexpungnabiles ſunt. Epiſtola lviij.
De verboꝝ defectu et multiplici rerum diuiſione et differentia. Epiſtola lix.
Plus rebus q̄ꝫ verbis accedatur et ꝙ triplex ſit vita ꝓficientium. Epiſtola lx.
De vero et inani gaudio. Epiſtola lxi.
De deſiderio deliciaꝝ. Epiſtola lxij.
Voluntas cōformetur rebus. Epiſtola lxiij.
Negocioꝝ multitudo ſtudia liberalia non tollit. Epiſtola lxiiij.
Conſolatio de amico mortuo. Epiſtola lxv.
Qualis eſt ſermo cōuiuij. Epiſtola lxvi.
Animus non vincatur dolore corporis. Epiſtola lxvij.
Non exaltemur proſperis nec deprimamur aduerſis. Epiſtola lxviij.
Animoſa tolerantia aduerſarioꝝ bona eſt. Epiſtola lxix.
De ocio. Epiſtola lxx.
De mutatione locoꝝ. Epiſtola lxxi.
De curſu vite. Epiſtola lxxij.
Conſilia ſunt aptanda temporibus. Epiſtola lxxiij.
Leticia fortune momentania eſt ſapientis vero perpetua. Epiſtola lxxiiij.
Philoſophi diligunt poteſtates. Epiſtola lxxv.
Nihil eſt bonum preter honeſtum et quid ſit honeſtum. Epiſtola lxxvi.
Semper debemus diſcere etiā ſenes et ꝙ nihil eſt bonū preter honeſtū. Ep̄la lxxvij.
De timore mortis alias de oblectatione. Epiſtola lxxviij.
De conſolatione circa morbum. Epiſtola lxxix.
Non deficiet gloria virtuoſo. Eoiſtola lxxx.
De ſpectaculis. Epiſtola lxxxi.
De ingratitudine. Epiſtola lxxxij.
De fortitudine maxima et conſtantia contra mortem. Epiſtola lxxxiij.
Tanquā in conſpectu dei viuendum eſt cōſumendo diem vtiliter et precipue cauenda eſt ebrietas. Epiſtola lxxxiiij.
Quid proficit ſtudium et de modo colligendi. Epiſtola lxxxv.
De vita perfecta. Epiſtola lxxxvi.
De magnanimitate et parſimonia Scipionis. Epiſtola lxxxvij.
De verecundia que ex paupere ſuꝑpellectile venit. Epiſtola lxxxviij.
De ſtudijs liberalibus. Epiſtola lxxxix.

**Tabula Epiſtolaꝝ Senece**
vſqꝫ ad quartumdecimum librum finit. Laus deo.

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 256
INKUNABUŁY